

L VII 194



210/53

57 - 100

MEMORIAE
 BEATISSIMI VIRI
 DNI CHRISTIANI
 ALBERTI,
 CURIAE PROVINCIALIS, QUAE
 GORLICH EST, QUONDAM
 SECRETARII
 LONGE MERITISSIMI

S.

DN 9046092



Hæccine sacra dies, quam condecorare sacratis
 Decrevit tædis connubialis Hymen?
 Expectandus erat spissa caliginis expers
 Explicitâ Phœbus iubilâ fronte gerens?
 Symbola Apollineus numeros cantando volebat
 Atq; chorus metricis addere grata modis?
 Sed quàm lugubrè quisvis incedit amictô
 Vultu & pallenti gaudia nulla tenens?
 Ipsas Vos Musas qua fata sinistra fugarunt,
 Saltibus & densis delituisse jubent?
 Tristes cur elego recitatis carmine læsus?
 Fufis quid lacrymis cerno madere genus?
 Estnè, velut triviô nobis vaga fama per urbem
 Fert: Albertiadem occubuisse citò?
 Afferit (heu!) Plebs tota: ah! inclementia Fatî
 Sustulit huncce pium, sustulit huncce bonum.
 Magnus ubiq; domûs dolor & penetralia fletus
 Pervafit; cecidit quòd Caput atq; Pater.
 Ipsaq; Nobilitas gemebundo sistitur ore
 Amiffam fidem justitiamq; dolens.
 Hæc ego dum meditor, prorumpunt ore querela:
 Quem potui, heu cecidit, jure vocare Patrem!

Pro-

*Promissum Patriis sub mortis Manibus * horam*

Quod manus osq; dedit, reddidit egregie.

Inde Sui memores multo nos nomine fecit.

Magna mihi digno praestitit atq; meis.

Praestitit affectu plusquam mihi mille paterno

Officia; accepi sat bonitatis ego.

Praestitit (heu!) puero: facilis praestabat adulto:

Praestitit atq; Viro mente manuq; bona.

Nunc quid retribuam, quonam benefacta rependam

Ist hac officio? Vix dare vota queo.

Euge pii manes, fugiant quos spicula mortis,

Perpete det Vobis Vere JEHOVA frui!

Corporis exuvia placido requiescite somno?

Me lacryma, fuero donec in orbe, manent.

Sed Vos ô Chari, tristi quos crbe reliquit,

Extremum vobis voce Valete negans,

Gaudia dilecta turbans socialia fato

Tam rabido Nata, gaudia sancta capit.

Spiritus aetherea remanens vos sede moratur

Ejus; ut excipiat dulceq; dicat Ave.

Sed quia Nos dura Neonymphi, morte beati

Patris agit JOVA, & saucia corda facit:

Vulnera Salvifici Verbi atq; obliget Amoris

Idem sinceri plasmate cruda bono;

Pectora

Scil. Anno 1645. ipso
die Simonis & Judae
Apostolis Sacro,
quò Parens meus
èν αγίοις hora
vespertina media
decima; beatâ ana-
lysi defungebatur.

*Pectora & igne crucis sacra prasente calefcant
Vestra, det: ut fugiant damna nociva: precor.*

Ita

Longè desideratiffimum Dn. Affinem, affectu
Patrem & Compatrem tristiffima
mente & manu prosequitur, appre-
catus fimula DEO Ter Opt M. *εὐζωίας*
ingenuam *νεογάμοις*

M. ELIAS CÜCHLER, Lichtebergensium.


Felix in Domino placidè qui mortuus, extra
Ad vitam, mortem, non patet ulla via.

* * *

Wir Sterblich: armes Volet / wir leben stets in Sorgen /
Heut' sind wir Wolgemuth und wissen nicht ob Morgen
Man uns leg't in den Sarcf. Wie Rauch / der bald vergeh't:
Wie Nebel bald verschwind't. So ist das Leben / seh't!
Der Todt ist zwar gewiß: Allein die Todes: Stunde
Ist uns nicht offenbahr't in G:ottes wahrem Munde.
Wohl dem / der stets bereit! weñ komm't der schnelle Todt /
So fan er alsden thun ein rechten Sprung zu G:ott.
Darumb betauet nicht zu sehr das gehl'ge Scheiden
Seh't doch / der Seel'ge Mann steh't dort in vollen Freuden:
Er ist im Vaterland: Er kriegt den Gnaden-Lohn
Vor den geschwinden Sieg die schöne Himmels Kron.

Dieses wenige sagte seinem Seeligem Herrn Paten;
wie anch der ganzen Bornehmen / und über
diesen unverhofften Todt hochbetrübt
Freundschaft zu ehren auß Schuldigkeit
mitleidende auff

M. ELIAS Meirich / S. S. Theol. Stud.



capf.
Sarcf
welchen
der Seelig
Verstorbe-
ne kurz
vor seinem
Ende be-
stellet.

Cras.
Leben
Nebel.

Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1006931 8